

bas hiteris dictorum Caroli, et Malatestae
confusus Romam properat, ibique carcere
traditur. Hujus exempli meminerint quae
so, qui Dominorum servitiis insilunt. A-
mor enim Domini, vinumque vani fere
nus optimum usque mane dimissa, tur-
piter evanescunt. Hujus Cosmati tem-
pore defuncto Domino Alberto Estensi Mar-
chione, Azo Estensis Marchio hostiliter
Mutinense Territorium invadit, indeque
discedens se ad Barbiani Castrum Ra-
mandolae Stationis tunc Johannis Comitiss
de Curio personaliter transfert. Timentes
autem Domini Philippus de Robertis, et
Johannes a Sale Azonis Marchionis adven-
tum, fratrem quendam Johannem
de S. Georgio ad dictum Johannem Co-
mitem destinavit, orantes ut Azonem
praedictum velit interficere, vel ejus
neqi consentire, quod si facere velit ipsi
Castrum luci et Conspicis promittunt.
Johannes autem id promittit, Azonem
tamen hujus rei conscium facit, et
quendam familiarem dicti Azonis
Theotonium nomine occidunt vestibus